

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitvlm XIX. Consultationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

in Ecclesijs illis vacantibus , si idonei  
sint, admitti debent , & institui ab Epi-  
scopo alterius diœcesis.

## SUMMARIUM.

*Episcops alterius Diœcesis Jus Patrona-  
tus ad Ecclesijs in illius diœcensi sitas,  
libere quis donare potest.*

**N**otandum unicum. Episcopo, nomine  
Ecclesiæ suæ, Patronus Jus Patronatus  
erga Ecclesijs in aliena diœcensi sitas, liberè  
donare potest, sin autem Episcopo, vel al-  
teri Clerico non ratione Ecclesiæ suæ, sed  
ratione personæ talis Jus Patronatus dona-  
retur, Diœcesani consensu opus foret. Ita  
*And. hic n. 2. & dixi in c. insinuatione 14.  
hoc tit. Quarunt hic Host. And. & Abb.*  
quid dicendum, si patronus Jus Patrona-  
tus Episcopo donet ratione Ecclesiarium suæ  
Diœcesis? Respondeatur, quod in hoc casu  
confunditur præsentatio cum institutione,  
& idem collatio, seu provisio Ecclesiæ libe-  
ra efficitur: præterquam si alius sit Compa-  
tronus, tunc Episcopus cum ipso præsen-  
bit ut Patronus; instituer autem, ut ordi-  
naris Diœcesanus. *Argum. Leg. 3. ff. de  
Adopt. ubi docent DD. quod in jurisdic-  
ione voluntaria aliquis duarum personarum  
vicem subire possit.*

CAPITVLVM XIX.  
Consultationibus.

## PARAPHRASIS.

Clericus in Ecclesia ab ordinario institutus  
fuit ad præsentationem Titij, quod cre-  
deretur esse patronus, postea vero Laicus  
ab eodem evicit Jus Patronatus: in ju-  
dicio quæsumum est, an institutus ab Ec-  
clesia removeri debeat. Respondebit  
Alexan. III, distinguendo, si Titius  
tempore facta præsentationis fuit in pos-  
sessione Juris Patronatus, Clericum in-  
stitutum removendum non esse, cum illi,  
ad quem Jus Patronatus de jure pertinet,  
nullum in posterum præjudicium fiat;

sin autem Titius præsentans non fuit in  
possessione Juris Patronatus, institutum  
removeri posse.

## SUMMARIUM.

1. *Valet præsentatio facta ab eo, qui in  
possessione Iuris Patronatus est.*
2. *Si tamen ab eo fiat, qui verus quidem  
patronus est, non est autem in possessione  
Patronatus, valida quidem est, si ne-  
mo alius est in possessione.*
3. *Præsentatio facta a male fidei posse-  
flore, si hujus malafides constet, an re-  
scindenda?*
4. *Institutione, sine legitima præsentatione  
facta, petente Patrono rescindi  
debet.*

**N**otandum primum. Valet institutio  
Clerici, quæ facta est ad præsentatio-  
nem ejus, qui erat in possessione Juris Patro-  
natus, & credebatur esse Patronus, licet ve-  
re patronus non fuerit. Idem de electione  
habetur *inc. querelam 14. de elec. ubi Glossa  
v. super jure ait, si oppugnetur electio, eo  
quod jus eligendi non spectat ad electores,  
quod sufficiat probari ab electo, illos fuisse  
in possessione juris eligendi: ratio est, quia  
actus præsentationis, sicuti & electio, est  
veluti fructus quidam Juris Patronatus aut  
juris Capitularis, cum itaque possessor bona  
fidei in ordine ad fructus abundemdos  
veluti dominus reputetur, adeo, ut si po-  
stea verus dominus resciatur, fructus non  
exstantes restituere non teneatur, uti ex-  
pliçavi lib. 3. tr. 2. c. 3. n. 4. Necesse autem  
est, ut is, qui Clericum præsentatum in-  
stituit, aut electum confirmat, bona id fide  
agat, ratus, jus competere præsentantibus  
aut eligentibus *argum. hujus c. v. credeba-  
tur.* Hinc infert *Abb. n. 9.* si ordinarius  
post præsentationem bona fide factam & re-  
ceptam Jus Patronatus ad alium de jure  
spectare resciat, quod institutionem facere  
non possit, quia proprietas cognita absorbet  
causalam possessionis c. cum dilectus 6. de can-  
sâ possess. Deinde necessarium est, ut, qui*

præ-

480 Decret. Gregor. Lib. III. Tit. XXXVIII. Cap. XX

præsentat, aut eligit, sit in possessione cum bona fide, sicuti hic *Innoc.* n. 1. *And.* n. 2. *Abbas* n. 3. docent, & rationē dant, quia possessor bona fide fructus bonā fide absumentos restituere non tenetur, nisi quatenus locupletior factus est; at verò mala fidei possessor restituere obligatus est, uti docui in cit. tract. 2. c. 3. & 4. & videri potest. *S. sequis autem non domino Institutus de rerum divis.* Cùm itaque præsentare sit quasi fructus Juris Patronatus, idèò si possessor bona fide præsentavit, præsentatio & institutio, cùm factus transiens, ex quo patronus locupletior factus non est, retractari non debet; secùs, si mala fide facta est præsentatio, aut institutio.

2 Notandum secundum. Institutio Clerici facta ad præsentationem veri patroni, qui non est in possessione Iuris Patronatus, valida centetur, si nemo alias in possessione est. Ita *Innoc.* in c. 2. n. 2. de restit. in integrum. *Abb.* hic n. 3. & sumitur ex hoc c. per sensum contrarium. Sed, quid si alius in possessione sit, sed mala fide, debet ne admitti, & instituti præsentatus à vero patrono. Respondetur cum Gutierrez in pract. quæstio: q. 42. n. 48. si notorium sit, quod alter male & iniquè possideat, admitti potest: ita videtur sensisse *Innoc.* in c. *Cumana* n. 6. de electione. Sin autem non notorium, non debet admitti, aut institui, nisi præmissâ cognitione, & latâ sententiâ pro vero patrono, quia alioquin possessor propria autoritate, aut non servato juris ordine spoliaretur: quod etiam sensisse videtur idem *Innoc.* in c. in litteris, n. 2. dereft. spol.

3 Alia quæstio. Si aliquis per judicis sententiam obtinuit Ius Patronatus, sed mala fide, sciens id sibi non competere, num institutio facta ad ejus præsentationem, cognito postea errore, & retractata sententiâ, rescindenda sit? In utramque partem dilputant *Innoc.* bren. 2. *And.* n. 6. magis tamen inclinant in partem affirmantem, quam etiam *Abbas* sequitur n. 6. afferentes disserim inter eum, qui à Superiore publicum officium, aut potestatem consecutus est, cum vicio la-

tente, v.g. prælaturam, judicis aut tablionis officium; ejus enim gesta valent, remetis intrusus sit, & mala fide officium gerat juxta *Legem Barbarius* ff. de off. prat. De alijs autem non publicum officium gerentibus nullum jus extat, quo significetur, acta eorum cum vicio latente inde fide excentium valida est ob judicis tentiam, vel authoritatem, argum. *Lig. Julianus* 60. ff. de conditione &c. ubi docet DD. si verus & naturalis debitor in judicis absolutus per errorem debitum solventeretur illud non posse, quia natura liber abber, & in L. exceptio &c. de exceptione iudicata, docet *Glossa* & DD. quod sententia judicis re ipsa non facit dominum, qui non est dominus, nec auferit dominium vero domino.

Notandum tertium. Si Clericus sine legitima præsentatione in beneficio patronato ab Episcopo institutus sit, institutio petens Patrono rescindi debet. Ita sumitur ex hoc c. & docent DD. in c. illud. & t. ex informatione 14. hoc tit. Dixi autem, petens patrono, nam potest is etiam institutionem a sensu suo expreso vel tacito comprobare, & ratam habere argum. c. sequentis & t. 1. his, quae sunt a Prælatis.

## CAPITULUM XX.

### Suggestum.

#### P A R A P H R A S I S.

Cùm auctoritate Archiepiscopi Eboraciensis quædam Ecclesiæ cum contento doni fundi concessæ essent; Canonici vel quidam reclamarent, dicentes, dominum sibi prius factam esse: rescribitur, si prior concessio cum alieni iuris troni & auctoritate Episcopi facta sit; an eorum assensus fuerit postea subiectum posteriori concessioni præferendam esse, alioquin posteriorem præferri debet;

\*\*

SU 14